



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

7. An tempore Interdicti generalis ministrari Communio possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

posito, sic te debes ritè hac in te gerere. Si adint in Altari particula consecrata, simul cum Hostia grandiore, consecrata, inquam, ab ipso Sacerdote infirmo (de quo casu solum loquitur Missale) potest dari ipsi, vel pars Hostiæ grandioris, vel melius (hoc est, expeditius) una ex dictis particulis. At si non adint particula consecrata ab ipso infirmo Sacerdote, sed fortè ab alio servata in sacrario; cettè non danda est una ex illis particulis, sed pars Hostiæ grandioris: ut nimirum sic Sacerdos infirmus participet de suo sacrificio. Et de hoc casu non expresse hic loquitur Missale, cum satis ipsi fuerit invenire intentionem Ecclesiæ esse: ut Sacerdos, quantum fieri potest, de suo Sacrificio, ut dictum est, participet.

32. Atque ex his paret responsio ad obiectum: non enim absolute prohibetur, sed solum ut quid decentius notatur, quando absunt aliæ formulæ ab infirmo consecratae, illas & non partem grandioris Hostiæ Sacerdoti, multo etiam magis laico communicaturo distribui: id quod contra traditam à nobis doctrinam, non est.

6. VII. An tempore Interdicti generalis ministrari communicatio possit?

33. Potest solum pro viatico sive infirmis, sive mortuorum puniendis. Ita Suarez de *Confess. diff. 33. s. 1. n. 22. aliique passim*: quia casus necessitatis exceptus est: ut etiam excipitur confessio. Imo confessio, propter maiorem eius necessitatem, semper, nec solum instante morte, excipitur. Ita idem: Modo, si quis dederit causam Interdicto, etiam & ille, qui esset specialiter interdictus, satisfaciatur, vel det sufficientem cautionem pignoratitiam, fideiussoriam, vel si talem non possit, iuratoriā, ante absolutionem. Sic Laym. l. 1. tr. 5. p. 5. c. 2. n. 1. Quod si non satisfecit, propter inadvertentiam, vel aliud ante absolutionem, puto satisfaciendum esse ante Viatici sumpcionem.

34. Parochus ergo, & hoc impedito, aliquis ex Sacerdotibus, Eucharistiam, cum solito comitatu, & luminariis, propter Christi reverentiam, ad infirmos, etiam tali tempore, deferre tunc poterit. Solum adverte cum Bonac. de *Interdict. 5 p. 3. s. 2. n. 1. & passim*, eos Sacerdotes, qui causam dederunt Interdicto, quia ab

Eucharistia ministranda, peccati iure prohibentur tempore interdicti; ideo, secluso necessitatis casu, non datur ad tali ministerio excludendos. Ita Laym. *ibid.*

35. An Religiosis, vel Monialibus, qui eas non dederunt Interdicto, concedatur, eodem tempore ministrare, vel recipere Eucharistiam quique suam sular privilegia. Ita Bonac. *ibid. num. 9. Vide Suarez & Sà apud Layman, lib. 1. tract. 5. p. 5. c. 2. num. 2. Inter Religiosis & Monialibus concedi tunc Communionem, quia hi communiter habent ad hoc speciale privilegium.*

36. In die Paschatis denique an liceat etiam communicare? Dic secundum communem opinionem non licere: Ita Sayrus, Avila, Alterius, apud Bonac. *ibid. s. 2. num. 12.* licere autem secundum probabilem Suarez, Coninch. apud eundem Bonac. *ibid.* P. 1. men Filiuc. *tom. 1. tract. 18. cap. 2. num. 41.* in p. servandam esse loci consuetudinem. Quid si nulla crearet introducta consuetudo? Iam alterutram ex opinionibus sequi potes.

37. Quod dictum est de die Paschatis, die Natalis Domini, Pentecoste, Assumptione Virginis, totaque octava Venerabilis Sacramenti, non potest licet tunc à Fideiibus communicari ex probabilis sententia multorum citat. à Coninch. *disp. 17. de interdictis n. 36.* Sed est etiam probabilis sententia aliquorum citat. Coninch. *loco cit.* citante Suarium de *Censuris num. 1.* quod possit. Ratio utriusque sententiae est, quia dicitur cap. *Alma Mater*, addita Martini V. extensione, conceditur pro dictis festivitatibus solemniter divina celebrari, multi inter divina officia non comprehenduntur Communionem: aliqui comprehendunt: cettè ut dictum est, probabiliter.

Pari modo ex communiore sententia cum Suarium *Censur. disp. 34. s. 1. n. 39.* hæc festa, in quibus divina officia celebrare, solum comprehenduntur, non solum primum dictum diem festi, quia ille solus in p. est festum Paschatis, Nativitatis, &c. At Soto, & alii apud Coninch. *loco citat. n. 37.* etiam probabilem Paschæ, & Pentecostes nomen extendunt in interdicti ad duos sequentes: Natalis verò ad sequentes, quia omnes dies hi verè sunt festivi (maximè venerabilibus) pertinentes ad eadem solemnitates.

F I N I S.

Laus Deo, Beatissimæ Virgini, ac B. Aloysio Patrono meo.